

C. de edicto d. n. Adri. & in l. iudici. C. de rei vind. Angel. in l. qui solva. §. in rusticis ff. de seruit. praedio. Innocen. in cap. licet causam de rescrip. Bald. in l. 2. C. quando prono. non est neces. Hieron. Cagno. in l. vni. §. 1. c. si quis ius dicit. Barba. consil. 12. num. 18. volum. 3. Bellamer. decif. 42. 1. probatis extremis & elegant. Tiraque. tractatu de rescript. §. 1. gl. 95. versic. idque regulare est, quod procedit quando medium habet coniunctionem cum extremis; cap. maiores. de Baptif. secundum gl. in cap. volumus 6. q. 4. citata à Bellamer. ubi proxime & tradit Bart. in l. Celsus. ff. de usucapio. Mascart. de probatio. 2. tom. concl. 730. num. 6. & sursum prout in nostro casu, quia fiat necessaria connexitas, & coniunctio, tum quia (vt diximus) ista commissio est pars realis executionis, tum quia frustra sententia ferrentur, nisi executioni mandarentur, vt diximus supra ad prin. huius capituli.

96 Medium enim eiusdem praesumitur natura, & conditionis, cuius sunt extrema. l. si seruus plurium. §. si ff. de legat. 1. l. 3. §. 1. ff. de liber. & posthum. ubi media iudicantur secundum praecedentia & sequentia. Petrus Surd. in consil. 151. num. 29. tom. 2. Hernia in cap. 1. versic. quidam tamen, in additio. de contentio. inter mascul. & femi. Brun. consil. 127. colu. 7. versic. quod si aliam, & tertiam, facit

97 quod dicimus, media declarari ex praecedentibus, & sequentibus l. heredes palam. §. si quis post. ff. de testam. Fel. in rubr. de re iudi. colu. 5. versic. intellige. Neuiza. consil. 29. num. 4. cum similibus.

Vnum tamen elegans notandum est in hac materia, quod absolutoria sententia non indiget executorialibus, ita eleganter aduertit Andr. Gail. practi. obseruat. lib. 1. obseruatione 114. fol. mihi 88. num. 28. Ioan. Garcia de nobilitat. gl. 8. §. 1. num. 6. reddentes rationem, cum absolutoria sententia statim secum absolutionem, & executionem trahit absque aliquo nouo facto iudicis, quia seipsam exequitur, nihilque ex ea sit tradendum; nihil enim praestat, nec addit, nec adimit, & sic nullo facto hominis eget, quia nulla eget traditione, nulla cautione, nulla citatione, nulla particula, sed ita remanet sicuti erat tempore legis motae, l. si inter me ff. de re iudi. ibi, nihil de iure tuo iudicatum intelligitur. ) & l. ex sextante §. Lavinus. ff. eodem. ibi, nihil enim de iure tuo iudicatum intelligitur. ) & iterum ibi, nihil enim in tuo iudicio de iure rei absoluti statim intelligitur. ) secundum gl. verbo, eorum, quam ibi post Bart. reliqui probant. Bart. in l. exceptio. ff. de exceptio. rei iudi. idem Bart. in l. si quis rem. ff. eodem. pro quo est egregius text.

in l. si superatus. ff. de pigno. vbi Bart. num. 3. late & optime prosequitur Ioan. Garcia ubi proxime à num. 6. cum seque. quare seipsam exequitur, statimque absolutus executione rei iudicata (quam illa praestat) tutus sit, toto tit. ff. de exceptione rei iudi. Innocent. in cap. cum nostris. num. 3. versic. ex his, de concessione praebenda. gl. in c. pastoralis. verbo, cum executionem. de appella. & Doctores ibi. Angel. in repet. l. tale pactum num. 17. ff. de pactis. Natta consil. 524. num. 25. volum. 3. incipit in causa. Bart. in l. metum §. sed quod prator. num. 12. ff. de re iudi. vbi optime Zasius num. 2. per text. in l. 1. §. debitor. ff. vt in possessionem legato. quem ad hoc singulariter inducit ipse Zasius. Sequitur Andr. Gail. ubi supra, dicens quod ab eruditis iudicibus ita diligenter obseruandum est, sententiam imperiti iudices indistincte executoriales petenti victori decernunt, & sequi meminisse hac ratione victori executoriales in Camera denegatas fuisse, quod quidem ex identitate rationis obseruandum est, & intelligendum in quolibet actu, & sententia negatiua, quae secum executionem trahit. Contrarium tamen solet ubique praticari, vt his casibus supradictis executoriales relaxentur victrice petente, non ad effectum exequendi, sed iuris sui, & exceptionis conseruandi causa ac comprobandi.

Pariter etiam executoriales non expediuntur vigore sententiae nullae, cuius nullitas per inspectionem actorum apparet, quia sententia nulla notorie nullam executionem meretur. ita in terminis dicit Andreas Gail. lib. 1. practi. obseruat. d. obseruat. 113. à num. 2. fol. 87. Marant. de ordine iudiciorum. 6. p. tit. de executione sententiae num. 3. fol. mihi 651. in paruis.

Sed quis iudicem, an iudex à quo, an iudex ad quem, qui confirmat, vel infrimat sententias, tulitque vltimam, vel aliam, quae tamen transit in rem iudicatum: possit executoriales expedire, & executionem facere; quid in delegato & quid in Ordinario, mirabiles multasque per ampliationes & limitationes magnam casuum diuersitatem, & differentiam concessit nouissimè Sigismundus Escacia tract. de appellationib. quest. 11. artic. 7. per totum à num. 162. vsque ad num. 183. quem vide omnino.

## CAPVT

## CAPVT II.

Quanto temporis spatio filicium executorialium vires seu minuat, seu penitus enervet. vbi inter vtrūque ius, & Regium redditur discrimen.

## S V M M A R I V M.

Executorialium vires ex quibus vel extinguantur, vel enerventur. n. 1.

Si in executione conuenit pars, & iudex per vnum annum puta, noua debet fieri citatio cum relatione status executionis, & de ratione. num. 2.

Ab executore omittente citationem requisitam appellationi interiectae deferendum est. n. 3.

Executoriales & sententia post triginta annos non exequuntur. n. 4.

Appellationi emissa ab executione executorialium praescriptarum, nisi deferat executor vim faciet. n. 5.

Executorialium praescriptarum exceptio est legitima, cum oriatur ex inspectione sententiae. num. 6.

Ab executore regiente legitimas exceptiones appellationi deferendum. n. 7.

Exceptionem praescripta executionis non est necesse opponere, sed iudex ex officio id tenetur, cum appareat ex inspectione sententiae. n. 8.

Exequendi ius ex obligatione personali decem annis iure regio praescribitur. n. 9.

Executivum ius ex re iudicata super actione personali simul cum ipsa actione praescribitur spatio viginti annorum iure Regio. n. 10.

Exequendi ius ex instrumento quarentigatio si praescribitur per decennium, non impeditur via ordinaria ex instrumento agi intra aliud decennium, n. 11.

Ius exequendi ex actione reali etiam hodie iure Regio non praescribitur, nisi spatio triginta annorum. n. 12.

Executorialium ius iure civili praescriptum per triginta annos, à minori tempore iure canonico amittitur. num. 13.

Executorialium vires amittuntur per longum tempus concurrente non bono iure victoris. n. 14. & à n. 21.

Instantia iure canonico non perit, sed est perpetua. num. 15.

Instantia iure canonico perit per decennium concurrente negligentis non bono iure, quia tunc praesumitur habita pro delicto. n. 16.

Lis censetur delicta per silentium decennij concurrente non bono iure negligentis, non in omnibus causis, sed in beneficalibus tantum, & qua ratione. n. 17.

Defectu iuris concurrente cum silentio decennij Salgado de protect. Reg. Tom. II.

honestum non est, vt beneficium tanto sit tempore litigiosum. n. 18.

Instantia & lis in Romana Curia non finitur nisi per sententiam in omnibus causis praeter beneficalibus. n. 19.

Executoriales in beneficalibus extinguuntur per non usum earum, & per cessationem minori tempore triginta annorum, & quomodo intelligatur. n. 20.

Ius exequendi ex executorialibus etiam iure canonico non nisi spatio triginta annorum extinguatur, defenditur. n. 21.

Lanceloti Roberti assertio reprobat. n. 22.

Silentium longi temporis in executorialibus licet possit concurrere, non tamen iniustitia calumniosa sicut in lite. n. 23.

In executorialibus omnis cessat calumniosa praesumptio, & pro eis praesumitur ritè & rectè latis sententias. n. 24.

Executorialium ius vt extinguatur, triginta annorum lapsus requiritur iuxta Rotam. n. 25.

Silentium per longum tempus non praesumit delictas executoriales, cum adsit in illis praesumptio boni iuris. n. 26.

Silentium longi temporis perimit instantiam litis, ergo perimit ius exequendi ex executorialibus; non est bonum argumentum. n. 27.

Lis perit triennio iure civili, & tamen non ius exequendi, cum triginta annorum lapsus consideret. n. 28.

Exequendi ius ex executorialibus non habet instantiam regulariter. n. 29.

Instantia in executorialibus non incipit currere, antequam in iudicio capta sit executio. n. 30.

Executoriales valde antiquae non mittuntur executioni. n. 31.

Executoriales simpliciter antiquae, scilicet, quae nondum compleuerit triginta annos, mittuntur executioni, cum exhibentur processus & sententia ex quibus emanarunt. n. 32.

Secus si sola executoriales exhibeantur post longum tempus, quia tunc illis denegatur executio. ibidem.

Executio capta instantia ap. per triennium percat, tres reperuntur opiniones. n. 33. & de resolutione. n. 46.

Ius exequendi tam ex executorialibus, quam instrumento quarentigatio habere instantiam triennio perituram, qui teneant. n. 34.

Que opinio tanquam absoluta & sine distinctione sequenda non est. n. 35.

Executivam viam ex instrumento quarentigatio non habere instantiam, nec triennio perire, qui teneant. n. 36.

Quam opinionem veram esse, resoluitur in casu de quo loquitur. ibidem, & n. 38.

Sententia diffinitiva est essentialis, vt iudicium instantiam habere dicatur. n. 37.

Executivum ius intentatum per actionem in factum

factum ex re iudicata, habet instantiam perituram. n. 39.  
 Executivum ius ex executorialibus intentatum per iudicis officium mercenarium, non datur peritura instantia. n. 40.  
 Executio si est petita actione in factum, ordo iuris servari debet. n. 41.  
 Executivum iudicium intentatum per iudicis officium, celerem expeditionem requirit. n. 42.  
 Ex actione iudicati agitur ordinaria via. n. 43.  
 Executio ex executorialibus per officium iudicis petita non requirit libellum, nec figuram aut ordinem iudicij, & ideo uberior est ex eo agere, quam actione in factum. n. 44.  
 Executio siue petatur iudicis officio, siue actione in factum ex executorialibus appellacionem suspensivam non recipit. n. 45.  
 Executio iudicio actione in factum intentato, si cetera detur peritura instantia, procedit iure civili, non iure canonico. n. 46.  
 Executio capta per litem contestationem perpetuatur in quadraginta annos ius exequendi. numero 47.  
 Lite capta per citationem aut executoris missionem, incepta prescriptio interrumpitur, non tamen perpetuatur actio, quae de novo initianda est. n. 48.  
 Lite capta per litem contestationem, non solum interrumpitur prescriptio, sed perpetuatur actio in 40. annos, etiam si decem tantum sufficiant ad actionis prescripcionem. n. 49.  
 Exequendi ius etiam ex actione personali, & re iudicata, super ea post litem contestationem petita executione, interrupta perpetuatur in 40. annos. n. 50.  
 Iuris exequendi per citationem & executoris missionem interrumpitur prescriptio, per litem autem contestationem perpetuatur ius ipsum in alios 40. annos. n. 51.  
 Et quid in hac Rota Romana censuerit. n. 52.  
 Executivum ius & interruptum per citationem aut executoris missionem, denuo initatur eius prescriptio. n. 53.  
 Ficta contestatio perpetuat ius executivum in 40. annos. n. 54.  
 Litis contestatio ubi non requiritur, primus actus subsensus habet vim litem contestationis. n. 55.  
 Quod procedit in via executiva. n. 56.  
 Per quasi contestationem & actum, qui illius loco habetur, perpetuatur actio in 40. annos. n. 57.  
 Instantia premissa per triennium non perit ius agentis, quominus denuo aliam fabricet instantiam. n. 58.  
 Acta iudicij licet pereant premissa instantia, non tamen acta cause. n. 59.  
 Acta iudicij dicuntur, quo tendunt ad litem ordinationem, ut in exemplis ibi n. 60.  
 Acta causa dicuntur tendentes ad litem decisio-

nem prout instrumenta, confessiones, testes, & similia. n. 61.  
 Acta probatoria non perent premissa instantia. n. 62.  
 Instantia de novo capta reproducentur acta probatoria prime instantie premissa, quae fidem faciunt. n. 63.  
 Premissa instantia in via executiva intentata actione in factum, potest de novo inchoari, per aliud triennium. n. 64.  
 Conc. Tri. sess. 24. de reform. c. 20. disponens, in prima instantia post lapsum biennij liberum esse parti adire superiorem, explanatur. n. 65.  
 Falluntur intelligentes ex d. Trident. perire instantiam biennio iure canonico ibidem.  
 Trident. apponit biennium inferiori ad finendam causam, non tamen irritat acta processus, sed per ea superior causam decedit. n. 66.  
 Instantia si periret biennio ex d. Tri. acta omnia ordinaria iudicij perirent, ut citationes, libelli, termini, conclusiones, & similia. n. 67.

**P**LERVMQVE victrices immemores i executorialium diu negligent, vel impediti tardius, effectivalem executionem postulare, aut etiam eandem prosecui, quod quidem in causa est, ut executoriales ipsae, vel diminutionem patiantur, vel penitus eneruentur, idque contingere assolet, vel quando inter commissionem executorialium, & ipsam executionem tranfuit longum tempus, vel quando earum executio post longissimum desideratur, vel postquam ipsa executio incepta fuit, per triennium conquieuit.

Quantum ad primum, illud elegans est notandum, quod licet regulariter in executione executorialium, & aliorum citatio necessaria non sit, nisi in aliquibus casibus distincte proseguendis infra c. 5. a num. 6. tamen si a die commissionis executionis usque ad executionem factam, seu etiam faciendam transferit longum tempus, puta vnus anni, vel plurium annorum, debet fieri citatio, etiam iis casibus indistincte, in quibus aliam necessaria non erat, vel in quibus requiritur praecise, nam alia iterum facienda est cum relatione status negotij, seu executionis, Ratio est, quia illo medio tempore potuit condemnatus, & executurus soluisse totum, vel partem, vel aliter satisfecisse, seu aliquid aliud adducere releuans ab executione, & eius molestia, siue sit finitum officium iudicis executionem relaxantis, siue non, quia post transitum dicti anni nona debet fieri citatio, secus si lapsum esset modicum tempus. ita eleganter docet Giffordus Papae decis. 329. de iure sub num. 2. vers. & super in fine. & ante cum docuit Bal. conf. 35. lib. 5. sequitur

sequitur Cardinal. Tuscus practi. conclusio. tom. 3. litera E. conf. 253. num. 3. idem firmat Rebus. in tract. de sententia. exequut. artic. 7. gl. 11. limi. 2. sub num. 19. tomo 1. fol. 370. per quos ita semel consultus respondi in quadam ardua executione, quae in hoc Gallograco supremo tribunali reuocata fuit, & an nullitas, eo, quod postquam executio commissa fuit, & incepta, cessauit minister per aliquot annos, post quos illam prosecutus fuit absque noua citatione, & intimacione status processus executionis, quare merito fuit reuocata.

3 Sed non quidem ex hac nostra eleganti doctrina, quare moderamen hoc, ac quidem diminutionem patiuntur executoriales. ex quo sequitur necessario, quod cum requiratur citatio, ea omissa corrui executio, a qua emissa appellacioni, vt legitima nisi deferat executio, vim faciet euidenter. ita Abb. conf. 30. praedicta. lib. 1. Rebus. in tract. de sententiarum executio. num. 1. & seqq. fol. 223. Tusc. practiar. conclusio. tom. 3. litera E. concl. 484. num. 1. idem i. tom. 1. litera A. concl. 4010. num. 3. & num. 2. vltra alios plures quos citauit supra c. 1. hac 4 p. a num. 42. vers. quam executorialium expeditionem &c.

4 Ceterum post triginta annos nec sententia, nec earum executoriales executioni mitti possunt, quia per illud temporis spatium ius exequendi (hoc est, actionem in factum, & officium iudicis quae illis praestantur) legitime praescribi, non est dubium. ita Innocent. in c. si de exceptio. quod Bal. ibi notabili dignum reputat, gl. si in l. si. C. de prescrip. 30. vel 40. annor. idem Bal. in rub. de prescrip. & in l. debitori q. 3. C. de pactis. Marant. in Specul. auro. vlt. p. tit. de executione sententia num. 54. Balb. de prescrip. 4 p. 4. par. prin. quest. 31. Roderi. Xuares in repet. l. post rem in prin. nota. 1. num. 3. vbi reputans famosum expendit ad id text. in l. sicut C. de prescrip. 30. anno ibi persecutione iuncta ibi gl. & ibi etiam eius additionator Bald. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 27. p. 3. Parlador. lib. 1. rerum quoti. cap. 1. §. 11. n. 12. Anto. Gomez in l. 63. Tauri num. 1. Olanus in concord. iur. litera I. num. 57. Azeued. in l. 6. tit. 15. lib. 4. recipi. num. 1. & probatur in l. 2. tit. 29. p. 3. Gratian. in disceptatio foren. c. 66. num. 2. i. tom. 1. pro quo allegat l. actori C. de iureiur. ras. Afflic. decis. 345. Marant. tit. de execut. sent. num. 54. Surdus conf. 186. num. 3. Marefcot. lib. 2. resolu. 12. i. num. 10. Cumia. ritu 19. num. 103. ritu 76. num. 158. Marius Giurba decis. 96. num. 1. charus mibi Carol. de Tapia. in compila. iur. Reg. Neapol. rubrica 41. ritu 262. num. 5. fol. 226. post Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 158. n. 271. & alios.

5 Et sic sequitur, quod appellatio ab hu-

iusmodi executorialium prescriptarum executione appellacioni emissa non deferens, vim faciat manifestam, quia cum earum ius exequendi perierit per lapsum temporis, & non vltim, executionem non merentur. l. 4. §. condemnatum de re iudi. & ea quae in eius comprobatione latissime adduximus, quod isthaec exceptio sit legitima, & inducat nullitatem, cum ex inspectione sententiae oriatur, tenet Ancara. conf. 259. num. 3. & 4. Padilla in l. vbi pactum C. de transactio. num. 10. Cardi. Tusc. practi. conclusio. tom. 3. litera E. concl. 381. num. 16. & quod sit legitima exceptio. Auenda. de exeq. manda. 2. p. cap. 30. num. 11. ergo succedit regula, quod exequutor excedit non admittens legitimas exceptiones, & ab earum reiectione appellacioni deferendum, late infra hac 4 p. c. septimo per totum. imò dicunt ipsi Doctores expressè, vt necessarium non sit opponere, sed index officio facere tenetur, quia constat ex inspectione sententiae, & quod impediatur executionem, tenet vltra relatos Gondizal. de Paz in praxi 4 p. tom. 1. cap. 3. num. 11. Castellus in l. 63. Tauri, verbo, diez annos. & ibi Palacius Rub. num. 16.

Quod nostro Hispano iure non ita distincte procedit, siquidem l. 36. Tauri, quae est l. 6. tit. 15. lib. 4. recipi. dispositum stat, vt ius exequendi ex obligatione personali decem annis praescribatur, ac pariter ius executivum, quod prouenit a re iudicata super actione personali, simul iunctum, cum ipsa praescribatur viginti annorum spatio, Castellus in d. l. 63. Tauri, ita tradidit Roderi. Xuares in declar. l. Regni limi. 6. in prin. Palacius Rubeus in l. 63. vbi Anton. Gomezius. Couar. in regul. possessor. 2. p. §. 1. 1. num. 2. Gregor. Lopez in l. 22. tit. 29. p. 3. in gl. verbo 30. annos. Auilles in c. prato. cap. 10. Auenda. de exequen. manda. 2. p. cap. 30. num. 11. Didac. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordina. gl. 1. vers. dubitatur praeterea. fol. 677. Ioan. Gutier. in repet. l. nemo potest ex num. 480. Paz in praxi 4 p. to. 1. c. 3. a num. 11. & seqq. Amador Rodri. in tract. de executione cap. 6. num. 59. Curia Philippica 2. p. §. 1. num. 75. qui omnes dixit l. 63. materiam latissime exornant, vltra quos & copiose Parla. lib. 1. rerum quotid. lib. 1. cap. 1. §. 11. cum seqq. quem vide ad hunc articulum particularem §. 14. num. 10. Didac. Perez in d. l. 4. gl. 1. vers. dubitatur praeterea. Did. in l. 3. tit. 13. lib. 4. ordin. gl. 1. Couar. supra regul. possessor. 2. p. §. 11. per totum cum seqq. Azeued. in l. 6. tit. 15. lib. 4. recipi. ex num. 1. cum seqq. quam quidem pluribus ampliacionibus & limitationibus elegantibus & practicalibus valde exornat.

Illud non omittens, quod licet ius exequendi ex instrumento guarentigato com-

petens per decennium præscribatur, minime impediatur, ut eiusdem instrumenti virtute agi possit via ordinaria intra alios decem annos pro in illo contentis, & quod instrumentum producatur ad debiti probationem, ita ex Baldi eleganti doctrina in l. plane ff. quod cum falso tutore, explicat Roderic. Xarez in *declarator. legis Regni limi. 6. num. 3.* dicens notabilem esse determinationem, tenent Cifuentes, Castellus & Anto. Gomez in d. l. 63. Tauri. Couar. ubi proxime n. 4. Didacus Perez, Paz, & Curia Philippica locis proximè citatis, idem etiam tenet doctissimus Carolus de Tapia. in *compila. iur. Reg. Neapolit. lib. 3. de instrum. liquida. ritu 167.* incipit, nota quod fol. 2. 42. verbo nota quod.

12 At verò respectu iuris exequendi ex actione reali descendens, nihil alteravit d. l. 63. dispositio, cum loquatur dumtaxat in iure exequendi ex actione personali competente, sitque lex corrigens, proinde nec amplianda, nec trahenda est ad casus non expressos, & sic ius exequendi ex actione reali remanet intactum, & sub iuris communis dispositione, ut non minus triginta annis amittatur, & enervetur, quod alios referens advertit, & bene, Dueñas in *regul. 6. limi. 1. & Auenda in c. prato. 2. p. cap. 30. n. 12.* Patlador *lib. 1. rerum quoti. cap. 1. §. 13. sub n. 9.* & per d. l. 63, alios allegans dicit Valdes in *additio. ad Roderi. Xuar. ad l. post rem. nota. 1. n. 3.*

13 Similiter etiam ius commune (quod iure canonico attendimus, non regium) alteratum videtur, & illud 30. annorum spatium, ad minus redactum, siquidem Rota Romana in vna Barchinonen. canonicatus coram Guiuardino 7. Iunii anno 1567. ut testatur Lancelo. *de attentatis 2. p. cap. 4. in præfatione num. 283.* resoluit, cum dubitaretur, an vires executorialium essent extinctæ ex eo, quod qui cas obtinuerat, siluit per 18. annos, nec fuit exequutus, Domini tenuerunt, non esse extinctas, & ea ratione, ita fuisse determinatum, (dicit Lancelo.) quia licet constabat de tempore legitime ad inducendam oblivionem ex parte tacentis; ad inducendam extinctionem, tamen non constabat de alio requisito, scilicet de malo iure eius, quia si de eo constaret, utique extinctas esse executoriales, declararent. & idem apparet tenuisse eandem Rotam in vna Lengonenfi. 27. Nouemb. anno 1592. inferius alleganda, *vers. & in terminis à num. 25.* in qua cum opponeretur executorialibus de silentio plurimum annorum, responsum fuit; non obstarè: quia non constabat simul de evidenti iuris defectu tacentis.

14 Illam quidem decisionem Barchino. trahit ipse Lancelo. in comprobationem illius mirabilis doctrinæ, quæ habet, quod licet de iure canonico non pereat instantia, imò sit perpetua, c. penult. & ibi Canonistæ de *iudicis.* & ibi Marian. Soci. *sub num. 13. vers. ulterius quero.* & *sub n. 14. inter tract. diversorum de iudicis 3. tom. 1. p. fol. 97. ff. in l. 11. propterandum num. 27. C. de iudicis. Castiador. decis. 5. erat in vna. num. 4. ut lite pendente. Marant. in Specul. 5. p. verbo, & omnia sunt durante instantia. limi. 1. num. 14. fol. 2. 40. Vantius de nulli. ex defectu iuris. ff. & inde. & c. num. 12. 6. Gambar. de auctoritate legati lib. 3. num. 469. tomo 13. p. 2. fol. 172. Hieronym. Zanch. tract. de differ. inter ius civi. & cano. differ. 3. o. n. 43. tom. 1. fol. 201. Mandos. tract. de anna. cas. num. 133. tom. 17. fol. 2. 14. Afini. in praxi in prin. cap. 3. num. 22. Anto. de Burzio in d. c. penul. de iudic. sub num. 9. Rota decisio. alias 411. si lite pendente. num. 5. ut lite pen. & an noviori dispositione Concilij Trid. sess. 24. de reformatio. c. 20. hoc ius antiquatum sit, ad fi. huius cap. apparebit à num. 65. & superius.*

Tamen vnus modus, quo lis extinguatur, seu instantia, perit eo iure; nempe: quando à prosecutione eius fuit cessatum per longum tempus, scilicet 10. annos, concurrente cum eisdem, non bono penitus iure negligentis, de quo constat. quia tunc præsumitur lis habita pro derelicto. ita advertit Castiador. *decis. 5. ut lite pendente.* in qua decisione licet successerit 8. anni dumtaxat, & videatur simpliciter relata, & retenta à Menochio in *tract. de arbit. iudi. lib. 2. cent. 3. casu 202. n. 14.* tamen postmodum pluries eam declaravit Rota requirit saltem decem annos cum qualitate defectus iuris negligentis, Puteus *decis. 14. ut lis censetur derelicta. sub rubr. ut lite pendente.* & *decis. ff. lib. 2. & idem Puteus decis. 245. lib. 2. Simonetta decis. 35. an lis, sub rub. ut lite pendente.* Puteus *decis. 7. eodem tit. Peregrini. decis. 95. alias 109. incipit, dubitanti.* & pluries ita determinasse Rotam, affirmat Lancelo. Robert. *de attentata 2. p. cap. 4. in præfatione à num. 275.* quod ego libentissimè verum intelligerem in beneficialibus causis, non in aliis, tum quia omnes prædictæ decisiones loquuntur in beneficialibus, & cum sit iuris correctio, eius terminos egredi non debemus (ut paulo antè notavi) tum quia ius beneficiorum non est perpetuum, sed temporale ad vitam, & sic iure censetur, derelinqui litem calumniosam, & iniustam per tot temporis silentium, post quod vita vix, aut parum potest, beneficio potiri. tum etiam quia dato defectu iuris, non est honestum, ut beneficium tanto sit tempore litigiosum, quod in his terminis consideravit Rota in vna Compostellana canonica, ut testatur Puteus *decis. 245. lib. 2. num. 5.* quod

quod sic debet intelligi, ut etiam verificetur, quod dicunt Gomez de *trienna poss. q. 68. ad ff. & q. 56.* & Zerol. in *praxi Episcopa. 1. p. verbo, instantia, vers. 6.* quod in Curia Romana lis, seu instantia nunquam extinguatur, nisi per sententiam, ut procedant in omnibus causis, præter beneficia tantum, iuxta d. *decis. Rota.* ex quo comprobari videtur, quod dicit Lancelo. *ubi supra,* executorialis extingui per non usum earum, & cessationem per minus tempus 30. annorum.

21 Hac ergo difficultate aliquando summopere pressus, valde in vicepanda medians insudavi. quare non recedas à iuris communis regulâ distante, ius exequendi ex re iudicata, eius executorialibus, aut alia re, non nisi 30. annorum silentio submoueri: ad quod moueor primò ex ea *decis. Rota superius adducta, vers. similiter etiam à num. 13.* qua declaratum fuit, silentium longi temporis, etiam 18. annorum non sufficere, ad enervandum vires executorialium, & nimirum cum 30. sit præcisè necessarium. Nec obstat quod dicit Lancelo. *in d. c. 4. in præfatione d. num. 283. 2. p. id fuisse ita determinatum, quia non apparebat de evidenti, & calumnioso de factu iuris, quasi secus foret, si apparet. quia hæc ratio non solum falsa, verum & falsissima est: siquidem impossibile sit, ut executorialibus, aut sententiis transactis in rem iudicatam possimus adaptare illam doctrinam, quod silentium longi temporis decennij puta, cum suo altero adminiculo, nempe defectu boni iuris, extinguat litem ceptam, nam licet in silentio executorialium possit concurrere temporis necessarii longinquitas; tamen non potest concurrere illa alia qualitas, & præcisum requiritur, scilicet evidens calumnia iniustitia, & defectus iuris. quoniam licet possunt dari in lite à principio, dum pædet, cepta: tamen cessat, & excluditur postquam aliquis obtinuit pro se sententiam, aut sententias translatas in rem iudicatam, aut tres conformes, aut per consequens executoriales. quia eis extantibus omnis cessat calumnia præsumptio, imò pro eis præsumitur, ritè & rectè latus, & expeditus. ita per Sarnerium in *regul. de subrog. col. quæst. 1. num. 3. Ruin. cons. 79. num. 3. lib. 5. Aeguid. decis. 89. ad Bald. cons. 492. n. 2. lib. 3. Socinum consil. 158. num. 9. lib. 2.* ergo silentium per longum tempus hac præcisâ qualitate deficiente, nõ potest operari enervationem, & extinctionem in executorialibus, sicut in lite.*

25 Et in terminis ita responderet Rota in vna Legionen. præstimatorum 27. Nouemb. anno 1592. coram Pamphilo, quam in alio proposito ad literam refert Nicolaus Garcia in *tractatu de benef. 6. p. cap. 4. num. 42. tom. 1.* ubi ad extinguendam litem, & enervandas vires executorialium, inter alias hæc difficultas post medium fuit opposita, quod obtinens executoriales tacuit per triginta annos. Cui satisficit ibi dupliciter, primò, quod nondum erant lapsi dicti triginta anni, quasi dixerit, quod præcisè requiritur lapsus triginta annorum, ut ius exequendi, & executorialis extingatur, quod conuenit iuri cõmuni superius relato. Secundum responsum fuit, quod licet ad inducendam litem derelictam per silentium, & taciturnitatem temporis debet concurrere ius calumniosum tacentis, ex Achille *decis. 185.* quod in executorialibus est impossibile dare, sed potius iusti iuris præsumptio; euenit per taciturnitatem alterius temporis, quod non ascendat ad triginta annos completos, minime extingui ius exequendi, ut in prima responsione supponebatur.

Nec enim est bonum argumentum, silentium perimit instantiam litis, ergo debet perimere ius exequendi ex ea deductum: nec sequitur, decennij taciturnitas perimit instantiam in lite pendente, ergo debet perimere executoriales. quoniam videmus triennio perire litem iure ciuili. l. *propterandum. C. de iudicis,* ubi Doctores in c. penult. eodem tit. 28 & tamè non triennio, nec longo tempore, sed longissimo 30. annorum ius exequendi enervatur ex superius adductis, maxime Doctores supra citati omnes in *vers. tamen vnus est modus, n. 16.* dicunt, quod per longi temporis silentium, & defectum iuris perimit instantia litis. sed in iure exequendi, & executorialibus non datur instantia regularitèr (ut inferius apparebit) ergo huiusmodi silentium illas enervare non potest. quia quod non est, rumpi non queit; & priuatio præsupponit habitum; qualitasque non potest esse sine subiecto, ex vulgatis iuris regulis. & in casu, quo detur instantia, tunc incipit currere à tempore litis contestationis, non antea, text. in d. l. *propterandum. C. de iudicis.* ubi Doctores, & in c. penult. eodem tit. sed non anteaquam in iudicium cepta sit executio, secundum terminos infra in 3. opinione adductos, quod in d. *decis. cessabat.*

Et sic sequitur, quod nihil inuouatum est in iure canonico, sed semper 30. annorum spatium sit necessarium, ad præscribendum ius exequendi. Et hinc est quod dicit aliàs Rota apud Seraphinum *decis. 138. num. 6. tomo 1.* quod executoriales valde antiquæ non mittuntur executioni, sed absolute illis negatur, maxime si sint obtenta per audientiam contradictatam. ut scilicet quando excedunt dictos 30. annos, ut aliter fiat, quoad simpliciter.

simpliciter sint antiquæ executoriales; puta: 32 quando nondum complevere dictos 30. annos, tunc non mittuntur executioni, quando exhibentur, & presentantur solæ executoriales nudæ, & sine processu, & sententiis, à quibus emanarunt. ita Anto. August. in Epitome de executorialibus num. 13. secus autem quando exhibentur executoriales cum processu, & sententiis simul. quia tunc nullatenus illis executio denegatur, ita determinavit Rota in dicta. decis. Lengionen. de anno 1592. 27. Noutomb. in fine, quam ad litteram aliud agens refert Nicolaus Garcia de benef. 6. p. c. 4. num. 42. qua quidem decis. refert ita de anno 1567. in vna Tudertina bonorum fuisse resolutum per Rotam coram D. de Rubeis, quod quidem & iuri consonum est.

33 Circa vltimum autem, quando executorialium executio cepta est, in eaque per triennium à prosecutione fuerit cessatum, an eius instantia perisse dicatur, ita vt de cetero in eadem proficui nequeat; ingens quidem stat difficultas. siquidem à Doctores in variis itum est sententias, & opiniones. in quo quidem tres inuenio (prout videbis) componendas, primam, quæ habet absolute, quod ius exequendi promiscuè, tam ex sententiis, & executorialibus, quam ex instrumento guarentigato; habeat instantiam, & per triennium perituram, tenent Bal. in l. nota. 3. num. 3. vers. & hoc facit in fi. C. de iure patro. propt. calum. vbi Paul. de Castro sub num. 5. & 6. & ip. l. 2. §. obseruari C. eodem. tit. Alexan. in l. properandum C. de indi. sub num. 3. & 4. ff. sub num. 8. Alexan. conf. 50. visis actis num. 7. & 8. lib. 2. Socin. conf. 95. n. 2. lib. 1. Marant. in specul. 5. p. prin. num. 4. & 8. fol. mibi 264. & in hanc videtur se sententiâ licet breuiter, inclinare Benedi. de Barti. in tit. guarenti. 2. p. quest. 5. tomo 6. diuer. p. 2. fol. 345. & vt communem defendit eam Iff. Cumia. super ritibus Sicil. cap. 4. n. 19. cum segg. vers. quare circa hoc, hæc quatenus absoluta est, & sine distinctione, minimè est sequenda.

36 Secunda opinio est huic contraria, quæ absolute habet: in executiuis ex instrumentò guarentigato non dari instantiam, & sic nec perire triennio, hanc tenet Bart. in l. liti. bus 19. sub num. 7. C. de agri. & cens. lib. 11. quem referens sequitur Bal. sibi inconstans in l. tale pactum 41. §. qui pronocauit. sub num. 11. quest. 10. ff. de pactis. Angel. Areti. in l. ab executore num. 11. ff. de appella. & relat. hanc vt veram sequitur Antonius de Cana. in tract. de executione instrumen. quest. 37. sub num. 71. versus fi. tom. 5. fol. 44. Franciscus Areti. in c. penul. in fi. de indi. dicens, quod cum in iudicio executio non expectetur sententia dif-

finitiuâ, quod est pars essentialis, nimirum 37 vt in eo non detur instantia, eandem sequitur, idem dicens Bal. in l. conspectaneum. 8. sub num. 49. vers. vltra quero C. quomo. & quando iud. alios plures citat Afin. in prax. iudicia. in prin. c. 3. sub num. 37. sequitur Curtius Senior in l. 1. n. 23. & segg. C. de iurcir. propter calum. & hanc vt veriore in iudicio executiuo sequitur Sigismund. Escacia tract. de appella. quest. 15. sub num. 2. 48. quæ quidem in se vera est, & indistinctè tenenda omnino, respectu executionis ex instrumento, vel statuto, ita vt prima opinio respectu huius partis nõ admittatur, nec locum habeat.

Tertia est opinio distinguendum inter iudicium executiuum intentatum ex actione in factum ex iudicato, ex executorialibus proponente. & inter intentatum iudicis officium mercenarium. vt primo casu procedat prima opinio attribuens perituram instantiam iudicio executiuo, quatenus loquitur respectu executionis ex executorialibus, & re iudicata. Secundo autem casu quando per officium iudicis mercenarium petitur, procedat opinio secunda contraria negatiua, vt pariter locum habeat in huiusmodi executione ex executorialibus, ac ex instrumento guarentigato, hanc deducunt ex Bal. in l. 1. §. is videtur. versus finem. ff. si quis ius dic. non obtemper. Curtius Senior in d. l. 1. sub num. 13. & 16. Anton. de Cana. in d. tract. de executio. d. quest. 33. sub num. 71. Afflict. decis. 346. vbi ita determinasse senatum testatur Afin. in pract. indi. in prin. cap. 3. sub num. 26. & 48. cum quo & Afflic. Francisco Curtio, Berroio, & aliis citatis ab Afinio, idem tenet Lancelo. tract. de attent. 3. p. cap. 23. à num. 115. Sigismund. Escacia de appella. d. quest. 15. sub num. 2. 49. sequitur Cardina. Tufcus post Afflict. 3. tom. practicar. conclus. concl. 473. litera E. num. 7. Qui omnes ea moti sunt ratione, quia quando agitur actione in factum ex executorialibus, libellus offerri debet, & lis contestari præcisè, ac denique ordo iudicialis omnino requiritur, l. miles §. iudicatum. ff. de iudicata re. secus autem quando executio petitur iudicis officio, quia tunc celerimum desiderat iudicium & acceleratum effectum, l. à dno Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. l. item veniunt §. idem rectè. ff. de petitione her. & quod vltra præfatos Doctores hoc in particulari probant Cyn. in l. ab executio. 5. sub num. 2. ibi, si eligitur actio iudicati. C. quorum appella. non recip. fol. 474. Afflictus decis. 346. sub n. 9. & 10. Veltius in praxi lib. 8. c. vlt. sub n. 2. sequitur Speculatorum, Mandol. in tract. de commissione in commiss. 2. 3. executoria. in verbo, in rem transiit iudicatam fol. 126. idem tenent Barr. & Alexan.

Alexand. in l. intra dies. ff. de re iudi. Angel. de Petul. in l. 2. ff. de iureiura. sequentes Speculatorum in tit. de executione senten. §. qualiter in prin. Angel. in l. 4. §. si ex conventionem ff. de re iudi. plures antiquos pro hac distinctione, quam magis communem dicit, & sequitur Ceual. in commun. contra commun. q. 63. 1. tomo 1. Gratian. in discepta. foren. cap. 66. n. 2. 1. tom. 1. latè Marta de iurisdi. 1. p. cap. 5. 1. à num. 2. 1. cum segg. qui vltra dictos optimè quidem probat: ex actione iudicati agi via ordinaria, estque iudicium eius ordinariè peragendum, vbi iuribus, & rationibus validissimis affirmat. optimè etiam hoc idem probat, multa iura ad id expendens Padilla de Meneles in l. 1. à num. 2. 1. C. de iur. & facti ignor. plurimi Doctores pro hac distinctione accumulanti, de magis communi testantes.

44 Et quod multò melius, & commodius sit petere executionem executorialium officio iudicis, quia in eo non requiritur libellus, litis contestatio, nec figura, nec ordo iudicij requiritur, sed executiùe celeriter procedatur; quam actione in factum ex iudicato, in qua necessariò ea omnia requiruntur, admovent vltra dictos Andreas de Isernia, quem referunt, & sequuntur Mandol. vbi proximè, & Grauatius in annota. ad Vestrum in praxi lib. 8. c. vlt. num. 2. 4. Et hæc opinio & probabilior est de iure, magisque communiter recepta, quidquid æquitate motus dixerit ex aliis, quos allegat, Rodericus Xarez in repetitione l. post rem iudica. ff. de re iudi. nota. 2. à n. 9. & supra, sequitur Gregor. Lopez in l. 1. tit. 27. p. 3. gl. 5. affirmantes, vt nulla sit differentia inter actionem in factum, & officium iudicis, contra quos pariter resoluit Ceuallos vbi proximè, qui licet ponat questionem in libello tantum, tamen omnes Doctores pro vtraque parte ab eo citati, loquuntur etiam in litis contestatione, & ordine iudiciali, quibus supradictos adde.

45 Illud tamen, vt verum, est notandum: quod in vtroque casu siue executio è re iudicata, & executorialibus postuletur, appellationi emissæ ab ea deferendum non est, vt in terminis dicunt Anto. de Canar. in tract. de executione instru. q. 46. n. 84. fol. 44. quem sequitur Escacia de appella. q. 17. limi. 10. sub n. 15. Guido Papæ q. 573. Rota decis. 100. n. 13. p. 1. diuersorum, plurimos citat Rolandà Valle conf. 43. n. 5. volum. 1. Gratian. in disceptatio. foren. c. 33. n. 1. tom. 2. & sic infertur, vt cum detur litis contestatio, instantia, quæ incipit à litis contestatione, & debeat per silentium triennij perire. l. properandum. C. de iudicis, & quos adducit Afin. in praxi in prin. cap. 3. sub num. 37.

Et sic concludo in hoc tam difficili articulo, primò vt in executione ex instrumentò non detur instantia, & sic nec pereat eius acta, secundum Doctores secundæ opinionis. 2. vt in executione per officium iudicis, implorata ex executorialibus, & sententiis in re iudicatam transactis, pariter nec detur instantia. simpliciter & absolute ab intelligendo, & admittendo, prout admittunt omnes Doctores in tertia opinione, neque adhibitis adminiculis, per Afflict. d. decis. 346. sub n. 12. Secundo quod in executione perita virtute executorialium per actionem in factum ex iudicato; datur instantia peritura per triennij silentium, secundum Doctores in tertia opinione citatos, & adductos, etiam & in priori, quatenus loquitur de executorialibus, vt ita secundum hoc membrum intellecti, vera sit eorum opinio. quatenus verò absolute, genericè & indistinctè loquuntur, & hos omnes articulos, & mēbra comprehendunt vna determinatione; reprobanda est & non sequenda.

Vnum tamen libenter aduertam, quod 46 articulus, quo diximus, in executorialium executione dari perituram instantiam; procedat de iure ciuili; non tamen de iure canonico, cum eo iure esse perpetuam superius dixi. nec etiam ille, alter modus nouiter à Rota introductus finendi instantiam, & litem extinguendi in beneficialibus causis, de quo à num. 16. latè sursum non habet locum in executorialibus ex ratione ibi adducta, à num. 2. 1. quia licet ad sit silentium longi temporis in eis, non potest adesse defectus iuris euidentis; quem ibi videas. An autem Concilium Trident. aliqui innouauit ius canonicum & apposuit terminum instantiæ, ita vt post illum illa pereat, inferius ad finem apparebit.

Circa autem illud membrum, quo diximus in tertia opinione, dari in executorialibus perituram instantiam per silentium triennij, videtur oriri difficultas, & non parua, ex ea alia & elegantissima conclusione, quam aliàs firmant Doctores, scilicet cepta executione per contestationem, perpetuari ius exequendi in alios 40. annos, si per id tempus à progressu fuerit cessatum, quod videtur concurrere cum præfata opinione, quia si post litem contestatam incipit perire instantia litis, quomodo perpetuatur, & si perpetuatur, quomodo perit instantia, quam quidem difficultatem facile subuertes, si consideres, præmittendo:

Quòd quando lis cepta est per citationem, & executoris missionem, præscriptio cepta interumpitur, non tamen perpetuatur actio. quapropter ex integro præscriptio debet incipere, & perfici tempus appositum præscriptioni

49 prescriptio actionis, de qua agitur, & vt in vnum plures taceat Balb. de prescriptio. 3. p. 6. p. prin. §. 4. num. 10. si autem lis cœpta iam sit per litem contestationem, non solum interruptitur prescriptio, sed perpetuatur actio in 40. annos, etiam si decem tantum, vel minus aliis ad eius prescriptionem sufficerent. l. si. C. de pres. 30. vel 40. annor. tradit latè & eleganter X Suarez in repet. l. post rom. §. considerat ult. à num. 4. Ducenas in regul. 6. Parlador. rerum quoti lib. 1. c. 1. §. 14.

Quo breuiter supposito dicit Valdes in additio. ad Roder. X Suarez in l. post rom. §. considerat ult. nota. 2. ad num. 3. litera C. quod si ius exequendi ex actione personali, & ex sententia super ea (quod durat decem annis secundum l. 6. 3. Tauri, & nos supra) interruptitur per litem contestationem, aut petita executione, tunc perpetuatur ius exequendi in alios quadraginta annos, allegat Auiles in cap. 10. praeo. num. 63. Auenda in 2. p. cap. 30. num. 14. de exequen. man. Didacus Perez in l. 39. tit. 13. lib. 3. ordinamen. hoc magis clarior, & iuri conformior explicuit Parlador. lib. 1. rerum quoti. cap. 1. §. 13. num. 19. per Rodericum X Suarez in repet. l. post rom. d. §. considerat ult. nota. 2. num. 4. loquendo in iure exequendi decennali ex d. l. 6. 3. Tauri, vt si hoc ius exequendi fuerit in iudicium deductum per citationem, vel executoris missionem in alios decem annos, si verò per litem contestationem, in quadraginta perpetuari.

His conuenit, quod elegatè dicit Achil. de Graff. in decis. unica de execut. sentent. sequutus à Rota Romana in vna Lengionen. praesumo. 27. Nouembr. anno 1592. ad fin. quam ad litera in aliud propositum, adducit Nicol. Garcia de benef. 6. p. cap. 4. num. 42. qua decem. mentio fit, ita pariter declarasse Rotam in alia Tudertina bonorum coram D. de Rubeis, quod licet aliis iure canonico executoriales praescribantur triginta annorum spatio; non procedere, quando earum fuit cœpta, vel petita executio, quia tunc per triginta annos non praescribuntur, vt intelligantur secundum nostros terminos, vt vel interruptatur prescriptio, vel perpetuetur ius exequendi in alios 40. annos.

53 Illud autem, quod dicunt praecitati Doctores, Valdes scilicet, & Parlador. quod ius exequendi cœptum per citationem, aut executoris missionem interruptatur prescriptio ipsius iuris, & faciat, vt de nouo ex tunc incipiat; verissimum est. at quod per contestationem ius exequendi perpetuetur, declara; vt non intelligatur per veram contestationem, quoniam ipsa non habet locum in via executiua, maximè ex instrumento, prout loquuntur Doctores ipsi ex his, quae

dicta sunt in secunda opinione supra adducta, iuncta tertia opinione, à ratione cessante. Et sic necessarium est, intelligendum in ficta contestatione, & in eo actu, qui pro loco contestationis habetur. nam certum est, quod causae, quae carent litem contestatione, ille actus qui aliis sequitur post contestationem in causis, quae illam requirunt, aut à die oppositionis, & contradictionis rei super negotio, & quando incipit tractari de meritis 55 causae, habet vim litem contestationis, probant Cyn. in l. properandum num. 5. Bart. in §. si quidem. n. 1. Bald. n. 2. vers. nota hic quod rēpus. Salicet. n. 1. Alexand. n. 2. vers. in causis C. de iudicij. Maria. Socin in c. venerabilis. art. 8. sub n. 2. 4. vers. fin. de iudic. inter tract. Doct. diuer. tom. 3. p. 1. fol. 98. Curt. Senior in l. 1. sub n. 1. 4. C. de iureiur. per calu. inter tract. diuer. tom. 3. p. 2. fol. 131 & ex Bart. Paul. de Cast. III. & Marant. refert & sequitur Escacia in lib. 1. causar. ciuiliu. c. ult. n. 12. & de appella. q. 15. n. 2. 45. Bald. in l. edita 1. repet. num. 48. C. de edendo. Et loquendo in executiuis, etiam plurimos refert vltra citatos, & sequitur Maranta de ord. iudi. §. p. prin. in prin. num. 4. & sic dicendum venit, vt ad perpetuandum ius exequendi, debeat praecedere actus, qui loco contestationis in iure habetur. maximè quoniam per quasi contestationem, & per actum, qui loco contestationis habetur, actionem perpetuari in quadraginta annos, non est dubium, probat text. in l. nam & postea. §. si is qui temporalem. ff. de iureiur. text. in l. 2. C. ubi in rem actio, latè post alios Balbus in tract. de prescrip. 4. p. 6. part. prin. n. 2. in fi. & n. 3. & sic debeant intelligi, & declarari praefati DD. quae omnia, quia quotidiana sunt & necessaria, nota.

Hoc supposito, & dato, quod in executiuis perpetuetur ius exequendi in 40. annos, si forsan per tot id iudicium finem non accipiat; videtur iustificata difficultas n. 47. superius proposita, in eo casu, quo diximus, viam executiuam habere peritiam instantiam, per silentium triennij, quoniam si damus extinctionem instantiae, cur perpetuationem executionis permitimus. Cui facile responderetur, quod vtrumque potest adesse, & simul stare, quoniam perempta instantia per lapsum triennij non perit causa, nec ius partis, imò eius virtute potest de nouo actor causam incipere, & nouam instantiam fabricare. l. properandum §. si. & ibi gl. in vers. vigorem. & communiter Doctores, C. de iudicij. & Bart. in l. petenda C. de tempor. in integr. resti. Marant. de ord. iudi. §. p. prin. in prin. num. 47. fol. 273. in fi. quoniam licet tunc pereant acta iudicij, non autem acta causae, seu litem, ita Ab. in c. venerabilis colu. 6. vers. quero quae acta, de iudicij, acta autem iudicij illa dicuntur

60 cuntur, quae tendunt ad litem ordinationem, prout libellus, litem contestatio, terminus probatorius, satisfationes, conclusiones, & alij similes actus. acta verò causae dicuntur 61 ea, quae tendunt ad litem decisionem, prout sunt depositiones testium, instrumenta, confessiones, & alia similia acta probatoria, vt declarat gl. in dem. sepe, in verbo, defensiones de verb. signi. Marant. ubi proximè num. 55. & sic acta omnia pertinentia ad litem ordinationem pereunt cum instantia, acta verò probatoria non pereunt. Specul. in tit. de iud. delega. §. resta. vers. sed nunquid omnia. & Bal. in l. cum antea circa si. C. de arbi. Bart. plenè in l. cum lite mortua. ff. iudi. sol. latè Alexan. in l. is apud quem colu. antepenul. & penul. C. de eden. & Ab. in c. causam qua. de testi. & ubi proximè. Marant. d. num. 55. fol. 277. vbi facit conclusionem ex dictis, quod quando instantia incipitur de nouo, possunt in vim probationis, reproduci attentiones, & probationes receptae in prima instantia perempta, & faciunt plenam fidem ex supra citatis Doctores, & Alexan. in cons. 61. colu. 3. in fi. in 2. volu. Solùm ergo requiritur, quod lis de nouo ordinetur, incipiendo à libelli porrectione, & ad alios actus secundum naturam iudicij, & sic in executiuis, casu quo perit instantia; potest iterum de nouo actio in factum ex iudicato intentari, de triennio in triennium, vique ad quadraginta annos, quia ea per triennium non peribit, sed acta ordinatoria duxat, quare sequitur vt vtrūque, & instantia perempta, & perpetuatio possit, simul concurrere, & stare.

65 Ex his infertur vltimo loco ad intelligentiam sacri Concilij Tridenti. sess. 24. de reformatione cap. 20. quo in prima instantia per lapsum biennij datur libera facultas partibus, vt possint adire, superiorem competentem, quando per dictum biennium inferior neglexit, causam decidere, & terminare, ex quo Trident. loco plures aduocati quotidie intendunt, ius canonicum (quo non peribat instantia) esse antiquatum per dictum cap. 20. & instantiam finiri biennio. Sed falluntur, quia Concilium tantum imponit illum terminum inferiori ad causam finiendam, non tamen irritat acta processus, vt bene aduertit Zerola in praxi Epif. 1. p. verbo instantia. §. 4. imò potius per eandemmet acta, in suo statu permanentia, superior aditus terminare debet, vt in d. cap. 20. probatur, ibi, alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum, superiores, alias tamen competentes, adire, qui causam in eodem statu, quo fuerit, assumant, & quamprimùm terminari, curent, &c. quo si instantia periret, simul & omnia acta iudicij

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

## CAPVT III.

Executorum differentia quatuorplex, & de singulorum lata demonstratione; & quando ab eis emissae appellationi denegata delatio vim detegat. vbi quid sit excessus, quatuorplex, quomodo, quandoque proponatur, aut etiam probetur, aut ab eo quoties appellari licebit.

## SVM MARI VM.

Executores siue executorialium siue gratiarum aut meri sunt, aut mixti. n. 1.  
Merus executor in quibus à mixto distinguitur, & cognoscatur. n. 2.  
Executor merus dicitur, quoties omni liquidata materia, & praecedente causa cognitione super exceptionibus, & liquidationibus nudi facti executio est commissa. n. 3.  
Exceptio, quae omissa fuit à parte citata per iudicem super causa cognitione adhibita in executione, non potest postea executor, cui executio committitur de ea cognoscere. n. 4.  
Executor mixtus dicitur, cui executorialium executio committitur nulla praecedente causa cognitione super exceptionibus, & liquidationibus, quae incidere solent in ea. n. 5.  
Executori commissa censetur causa cognitio, & terminatio eorum, quae incidunt, & admitti solent in via executiua, vbi alius cognitio non praecessit. n. 6.  
Executor mixtus est iudex, & habet iurisdictionem ad exequendum. n. 7.  
Executor mixtus cognoscit de cōcurrentibus executionem sententia. n. 8.  
Executor mixtus potest cognoscere, & terminare omnes exceptiones, quae opponi possunt executioni executorialium, non tamen respicientes merita causa. n. 9.  
Executor datus ad rerum & fructuum restitutionem, est omnino mixtus, cum illi commissa intelligatur fructuum liquidatio. n. 10.  
Executor merus nullam causa cognitionem habet, sed prout factum committitur, & ideo caret iurisdictione. n. 11.  
Executor vterque quas exceptiones admittere, vel